Quadruplr pōt angelus itelligere. a. pter. visionem ipsi⁹ in verbo. vꝫ. intuitiue in se. itui tiue in intellu alteri⁹ angeli co gnoscētis illud. ꝛ abstractiue p spēm. habitualē. ꝯcreatā vel acqsitā: ꝛ nulla istarū intellectio nū est auditio. qꝛ nulla ē p se ex pressa ab intelligēte inquātū in telligēs est imo accidit ꝙ obin mouēs sit intelligens: eque em̄ moueret si nō esset intelligēs et in oibus istis si aliquis intellꝰs causet: est intellꝰs ipsius intelli gētis nō alteri⁹: ꝛ ipm obiectuꝫ ꝯcurrit ibi cū intellu vt causa p tialis sicut fuit dictuꝫ di. tertia primi li. Quarto mō pōt iste co gnoscere. a. ita ꝙ intellectio fiat in eo p intellꝰm aliū exprimētē ꝛ intellꝰs istius nullā habeat cā litatē respectu act⁹: sꝫ tm̄ sit pas siu⁹. Ista autē sola cognitio est auditio. ꝛ est expressa ab intelli gente inquantū intelligēs est. Pꝫ ergo differētia auditionis ab illa triplici cognitione. q̄ cōi ter pōt dici visio qꝛ in auditiōe intellꝰs audiētis tm̄ est passiu⁹: et quicquid est in eo: ita ꝙ si hꝫ spēm habitualeꝫ ipsius auditi illa species etiā non agit ad au ditionē. quicquid etiā est sibi p sens vt est sibi psens: nihil agit ad eam. nā si intuitiue esset idē singulare sibi presens quod est presens loquenti illud vt psens sibi non gigneret in eo auditio nem: sed soluꝫ gigneret in eo vi sionē solūmodo ergo intellꝰs lo quentis vel q̄ sunt in ipso. vt in ipso vel pntia sibi vt sibi: sunt actiua respectu auditiōis: ꝛ hoc non vt proximi effectus: nā pri⁹ causant ista presentia loquenti intellectionem actualem in loquente ꝙ causent illā auditionē in audiente. 9. di. scd̄i. q. 2. F.

C Qualitas actiua aliqua i sba exñs nō pōt esse p se principiuꝫ actiuū respectu alicui⁹ q̄litatis repugnātis substātie corrūpēde: sed tm̄ pōt esse pncipiuꝫ cān di qualitatem in tali gradu ad quē sequatur corruptio substā tie hntis illam qualitatem: sed ibi sequet istū gradū qualitatis corruptio substantie: hmōi aūt nō: quia ibi est quoddam agēs coniunctum isti accidēti: quod potest corrumpere subaꝫ hanc ꝛ aliam generare. hic non. 12. di stin. quarti. q. 3. R

C Qualitas corrūpit in nihil sꝫ in qualitatem aliam cōtrariaꝫ vel alterius gradus in eadem specie: nec sequitur ꝙ agēs na turale faciat accidēs sine subo quia qualitas noua habet ideꝫ subiectum quod et prior quali-

tas habuit vl' saltē quātū est de se hře posset si aūt loquaris de corruptiōe quātitatis cui nō pt assignari aliqđ aliđ ꝑus subiectum illa nō corrūpit actiōe naturalis agētis sine subiecto vel ꝑexistēte. de quo dictum est in q. precedēti vt de nouo creato. de quo dicetur in.q.sequēti. 12. dist.quarti.q.5.§.C.

¶ Qualitas vtpote sapiētia magis cōuenit cū pfectiōe simpliciter.⁊ similiter intelligere⁊ velle ꝙ aliqua ꝙtitas vel' q: vna est rō formalis sapiētie diuine ⁊ sapientie create q̄ est qualitas ꝫ vnā opinionē tactam pimo li.

q.4. dist.8. vel si nō saltē ꝙtum ad oēm ꝓpinꝗtatē in analogia maior est ꝓpinquitas sapiētie create ad sapientiā diuinā ꝙ alicuius quātitatis ad deū vel aliqđ eius. vñ sicut possibile est pfectionē simpliciter esse in creatura.s. cum limitatiōe qualitas q̄ est sapiētia est pfectio simpliciter habētis eā: nulla aūt quātitas est pfectio simpliciter,nec ēt sicut possibile est creaturaꝫ habere pfectioneꝫ simplr. 12. dist. quarti.q.2.§.D.

¶ Qualiscunꝙ sit causalitas fidei infuse respectu act⁹ credēdi tñ nō facit actū illū esse certiorē intellectui habēti actū ꝙ si ipa fides infusa nō causaret certitudo eñ nata est inesse intellectui de actu suo excludēs non tm̄ deceptionē sꝫ ēt dubitationē⁊ hoc nō est nisi itellectus pcipiat illđ a quo actus hꝫ ꝙ sit certus· q: si nihil pōt pcipere vnde sit certus. videtur ꝙ possit dubitare intellectus autem non percipit illud principium certificās.17. q.q.§.D.

¶ Quāuis abſitia nō sit formalis rō in obiecto fidei vel spei tñ actus fidei⁊ spei est talis p se ꝙ necessario ꝯcomitat ipm iperfectio ⁊ iō fides determiate iclinat ad actū talis spei ad quē nō pt esse determinatio in patria.charitas autē⁊ si nunc sit determinata ad actū circa illđ ꝙ latet ⁊ ꝑ consequēs circa imperfectuꝫ. non tamen inclinat ad actum sic imperfectum sed ad actū cui accidit imperfectio.31. disti.tertū.q.vnica.§.G.

¶ Quānis aliq̄ aq̄ artificialis videat subtilior ꝙ elemētaris q: magis penetratiua ista tñ subtilitas nō est subtilitas simplicitatis sꝫ virtutis actiue⁊ hoc mō vinū est subtile vl' subtili⁹ aqua subtilitas autē ꝯueniens aque elemētari est subtilitas simplicitatis eo modo quo elementū est simplicius mixto.3. distinc. quarti.q.3.G.

¶ Quāuis aliq̄ rō possit expmere qcquid ꝯuenit ad entitatē individui:nō tñ illa rō erit pfecta diffinitio q: non expmit ꝙ quid erat esse et ꝑm ꝑhm pılo thopi. c.4.
Diffinitio est exprimēs ⁊c. et iō cōcede ꝙ singulare nō est diffinibile diffinitiōe alia a diffōne spēi ⁊ tñ est ꝑ se ens addens aliquā entitatē entitati speciei sed illa p se entitas quā addit non est entitas quiditatiua.3.dis.secundi.q.6.§.D.

¶ Quāuis aliqs haberet hic eq̄lem charitatē sicut in patria nō ꝓpter hoc esset hic beatus: q: nō posset habere aqualē actum sicut tūc habebit ⁊ i actu ꝯsistit btiudo. nec sequit si habit⁹ est eque pfectus hic ⁊ ibi igr̃ ⁊ act⁹ similiter q: act⁹ diligēdi deū de

pēder sic a cā ptiali nō solū a voluntate & charitate: sʒ ēt ab obiecto presente p actualē intellectione sicut dictū est dist. 25. secundi & hoc sm determinatā pfectionē sm q est determinate presens. si magis: magis. si minus minus in via de cōi lege nō pōt esse obiectū presens sicut in patria ēt pñtia speciei eiusdem. Nec ex hoc sequit q actus non possit esse ita pfectus & si habit' sit eqlis qz habitus nō erit totale pncipiū illi' actus sʒ ptiale & eo mō quo ipse habit' est pncipiū semp equalr se hʒ ad actū semp em quātū est ex se dat actui suo q sit qddā amare dei in quātū est summū bonū. nec habitus dat sibi q sit dei vt psens vel absens. nec dat sibi pfectionem quā hʒ ex obiecto sic vel sic psente: 31. dist. tertij. q. vnica. G

¶ Quāuis alidd nō sit idē formalr alicui tñ stat q sibi simplr sit idē sibi: imo hoc ē necessariū ppter pfectā simplicitatē diuinā q sequit ex pfecta infinitate illius essentie ppter quā simplicitatē & ifinitatē nō pt illa essentia eē in aliquo cū aliqua realitate in eodē: nisi illa realitas sit pfecte eadē sibi & istud dictū est cōfirmatū p cōmune dictū antiquoꝝ. q cōcesserūt multas pdicationes esse veras in diuinis p idētitatē nō formaliter. qd nō videt intelligibile nisi p hoc q predicatū erat vere idē cū subiecto & ex hoc erat ppositio affirmatiua vera p idētitatē & tñ pdicatum nō erat idem formaliter cū subiecto & ppter hoc nō erat ibi predicatio formalis. Et q sit distinctio identitatis formalis ab idētitate simplr tactū est di. 8. q. de attributis & alias frequēter: et ideo nūc transeo. 34. dist. primi. q. vnica.

¶ Quāuis cognitio relatiui requirat cognitionē correlatiui: nō tñ opʒ cognoscētē et fruentē vno relatino cognoscere et frui suo correlatiuo. qz possibile est frui deo inquātum creator non fruēdo creatura qua terminat illā relationē. 1. di. pmi. q. 2. B

¶ Quāuis xpi passio et meritū ipsius totū sit formalr finitū: qz tñ cōiunxit p gratiam et gloriā obiecto ifinito: ideo potuit delere peccati reatū sine peccatum auertēs a bono infinito. 19. di. tertij. q. vnica. F

¶ Quāuis cōiter prius illuminent angeli ꝙ hoies de fiēdis. hoc tñ nō est necessariū. sed pōt deus aliter ordiare vt prius reuelet alidd hominib' p infusionem fidei & credēdoꝝ reuelationē ꝙ angelis. iō nō valet pñtia. angeli nō cognouerūt incarnationē ante xpi aduentū. igit nec hoies crediderūt eā. et qd dicis q angel' est pspicatioris intellectus: nihil est ad propositū: qz pcedit de cognitis naturalr. tñ angelus q annūciauit eam nouit ipsam anteꝙ esset completa. 25. dist. tertij. q. 1. R

¶ Quāuis xps inquātū de' sit alidd & inquātū homo sit alidd: non tñ sequit q inquātū homo sit idē alidd qd est de' nec aliud alidd qz pprie accipiēdo inquātum vt. s. notat illud qd sequit eē rōnem inherētie pdicati est fallacia cōsequētis arguēdo ab inherētia predicati superioris ad inherētiā pdicati iferioris cū inquantū vnde nō opʒ illud qd est ratio inherentie superioris

pus organicū:sed ipsa inanimatio q: mutatio est inter illā inanimationē ꝛ aiationē:licet aūt inaiatio ꝛ aiatio sint simul incōpossibilia:nō tñ corpus organicū ꝛ aiatio. Eodē modo in corruptiōe si manet eadem forma corporis que prius fuit terminus a quo p se.s.forma:cui⁹ priuatio succedit ille nō manet: sꝫ terminus concomitās istā p se terminū a quo:manet. Eodem modo in augmentatione si ponatur tota quātitas preexistēs manere manet totus termin⁹ a quo positiuus:q̄ est cōcomitās priuationē q̄ est p se terminus: a quo:ꝛ ecōuerso in diminutione manet quātitas positiua aliqua q̄ prius:sed nō idē p se terminus a quo. Similiter in alteratione ꝯm intēsionē ꝛ remissionē:et eodē modo dico de motu locali q nō est ꝯdictio q motus acquisitiuus sit sine deperditiuo ꝛ tunc cū termino ad quē nō manet p se termin⁹ a quo: q̄ est priuatio: sed manet ille terminus q̄ est quasi p accidēs: ꝛ q̄si cōcomitās cōiter p se terminū. 10.dist.quarti.q.2.O

¶ Primitas motus celestis ad alios mot⁹ nō est p̄mitas cause vł alicuius a q̄ depēdent essentialiter alij motus:sed tātūmodo cuiusdā pfectionis in q̄busdā cōditionibus motus q̄ sunt regularitas et velocitas: patet eñ q essentialiter nō dependet actio corporis celestis in aliq̄d inferius ex motu illi⁹ corporis: q: ꝯm ph̄m.2.de gene.nihil facit latio ad gñationē:nisi q: adducit gñans.48.di.q̄rti.q. 2.L

¶ Primo sunt beati eq̄les i mercēdo equalitate quātitatis:nō equalitate pportionis: que attenditur ꝯm maiorē conatū vel minorē ideo charitas inequaliter inequalitate pportionis tribuitur eis:beatitudo tñ equaliter equalitate quantitatis.50.dist.quarti.q.6.G

¶ Prim⁹ actus cōformis recte rationi natus generare virtutē potest haberi anteq̄ aliq̄d virtutis habeatur:quia est generatiuus primi gradus virtutis. 16.dist.quarti.q.1.I.B

¶ Primus termin⁹ cōuersiōis nec est materia:sola nec materia sub quātitate:quia tunc nō esset trāssubstātiatio sed transquātitatio:nec materia sub modo quātitatiuo:nec cōpositum ex materia ꝛ aīa intellectiua:sꝫ cōpositum ex materia ꝛ forma quadā priori intellectiua que mansit eadē realiter cū christo viuo ꝛ in corpore mortuo:ꝛque mansit tanq̄ formale rei primo cōtēte sub eucharistia semp ex quo fuit eucharistia instituta. 11.dist.quarti.q.3.L l

¶ Primū appetibile in se est cā oīm appetibiliū:non tñ in ordine ad potētiā nisi sit potētia talis que nō pōt nisi ordinate vel le vel tēdere in obiectum talis aūt nō est voluntas vt est libera.49.dist.quarti.q.10.O

¶ Primū causatū ab aīa nō pōt poni actus intelligēdi:q: prim⁹ terminus actionis intellectus agētꝭ est vniuersale in actu vniuersale aūt in actu p̄cedit actū intelligēdi:quia obiectū sub ratione obiecti precedit actū. Nō arguitur hic q phātasma cum intellectu agente nō possit causare intellectionē. Sed nō intētionē vniuersalis:nisi pri⁹ spe-

Nota clē in illa sola est actu/vl'e et acqui sa tū vl'e pcedit natura intellectio pis. nem sui.⁊ vl'e est primus terminus eius.3.dist.primi.q.6.D

¶ Primū oino i diuinis ē essentia vl'eētia:q̄ fm Dam.est pelagus pp cōprehēsionē olm pfectionū diuinaꝝ.ista est infinita nō tm̄ intēsiue in se:sȝ ēt virtualr pmo ⁊ p se continens oia intrinseca:q̄dcūq₃ aūt aliud cōtinet p idētitatē alia:sed nō primo oia:q: nec a se: sed virtute essentie:a qua ēt hȝ suā infinitatē.Vn̄ ergo ꝙ essentia hȝ infinitatē ⁊ formalr:⁊ ppriā et primam:q: a se:q: respectu olm dr pelag⁹:q: oēm pfectissime cōtinet entitatē intrinsecā:vt possibile est eā cōtineri i vno formaliter.Ab hac aūt prima : sicut lȝ loq̄.emanāt oia ordinate.pmo q̄dē intrinseca essentialia q̄ nō dicunt respectum ad extra.scdo notionalia.tertio ⁊ vltimo creata siue extrinseca.⁊ q̄dlibet emanans recipit illud pfectiōis ab ea:cui⁹est capax si sibi nō repugnat:⁊ illius recepti cā q̄si effectiua:⁊ pmaria est infinitas essentie.cā autē siue rō formalis est ipa entitas ppria cuiuslibet emanātis.eēntiale ḡ recipit ab ea ifinitatē formalē:q: talis essentia sufficit in rōne pncipij:et fundamēti ad dādū talē quātitatē:⁊ talis quātitas virtualis ipsi nō repugnat:sicut nec cōicabilitas.ipsi aūt relationi psonali cōpetit p essentiā eē ad alterū : nec cōpetit sibi infinitas intēsiue ppria:q: ipsa nō est capax talis quantitatis:sicut nec cōicabilitatis.Etiā in gn̄e pncipij formalis est status.hoc em̄ accipit infinitatē:illud nō:quia hoc est hoc.et illud ē illud.sicut hoc accipit cōicabilitatē: illud incōicabilitatē:q: hoc est hoc et illud est illud.repugnantia em̄ formalis ⁊ nō repugnātia pmo reducit formatr ad ratione ei⁹ cui dr esse repugnātia. Tandē ab essentia creature recipiunt entitatē finitā:q: talis sola eis cōpetit.5.q.quol.y

¶ Primū obiectū solūmodo includit notitiā cōformē volitioni recte:q: ꝟtute ei⁹nihil de ipo cognoscit:qd nō sit:vel rectitudo volitionis alicui⁹:vel virtualiter includēs notitiā talis rectitudinis:⁊ iō de ipso nulla pt esse scia speculatiua:necessario em̄ notitia ei⁹:⁊ cuiuscūq₃ itrinseci:p ipm coguiti cōformis est praxi aptitudinalr:et por:si cognitū est necessariū:ꝙ si instarel de illis veritatib⁹ : q̄ videnl marie theologice:⁊ non metap. vt de⁹ est trin⁹ et pr̄ generat filium.Dico ꝙ iste sunt practice: pma em̄ icludit virtualr notitiā rectitudinis dilectionis tendētis in tres psonas ita ꝙ si actus eliceret circa vnā solā excludēdo alias:sicut infidelis eliceret esset act⁹ nō rect⁹:scda includit notitiā rectitudinis:fm ꝙ act⁹ est circa duas psonas:quarum vna est sic ab alia.4.q.plo.J.O

¶ Primum obiectū circa quod aliquis meretur primo:est ipse deus fm ꝙ affectione iustitie vult deo bonū vt esse et bene eē scilicet iustum sapiētem ⁊c.sed voluntas.affectione cōmodi respicit proprium bonum et aliquādo inordinate nisi reguletr et ordinetr affectione iustitie:iō meritum cōsistit primo in affectione iustitie vt moderatr ⁊ or=

dinat affectionem cōmodi circa ꝓpriū bonū:ſʒ ſicut pͥmū deme ritū angelorū fuit īordinatꝰ mo tus ⁊ deſideriū btitudinis circa deū:ita meritū eſt ordinatꝰ mo= tus circa deū volēdo ſibi bonū: et poſt volēdo cū debitis circū= ſtantijs ſibi cōiungi ipm in ſe ⁊ in alijs.⁊ iō oē amatū affectiōe cōmodi ſi nō ordinet ⁊ modere= tur affectione iuſtitie:eſt deme= ritū:qꝛ eſt īmoderatꝰ appetitus ꝓpꝛij boni:vel indifferēs ſi poſ= ſet eſſe indifferēs de quo nō mō forte eſt pōt ſm ꝙ ꝓuenit affe= ctionē iuſtitie.iō in affectiōe cō= modi niſi referat ad vltimū fi= nē affectione iuſtitie nō cōſiſtit meritū.Sed alij beati a xp̄o qꝛ ſm totā volūtatē cōiuncti ſunt vltimo ſint.ſ.deo affectione iu= ſtitie perfectiſſime:⁊ habēt ſum mum cōmodū cōiunctū ſibi qꝺ appetunt affectione cōmodi ſcꝫ coiunctionē ſummi boni.iō nō poſſunt habere actū oppoſitū affectioni cōmodi:vt libere ve= lint aliquid qꝺ nō ſit eis cōmo= dum.nullū enim eſt obiectū in patria quod poſſint velle qꝺ ſit eis incōmodū qꝺ affectione cō= modi nolūt.Sed xp̄s ſm aliqͣ fuit viatoꝛ et paſſibilis ſm par= tē ſenſitiuā ⁊ portionē inferio= rem volūtatis.ideo multa ha= buit obiecta ꝓſentia ſenſibus:⁊ portioni inferiori circa que po= tuit libere velle contra affectio= nē cōmodi:que ſemꝑ eſt ad cō= uenientes illi cuius eſt:ideo ieiu nando:vigilādo:orādo:et mul= tis alijs talibus potuit mereri vel exercendo talia exterius vel volendo interius talia propter deum.18.diſtinctione tertij.q. vnica.B

¶ Principiū auroꝛe incipit ſm auctores in lib.de crepuſculis. qn̄ ſol eſt ſub oꝛizonte ad.10.vel 8.gradus:quoꝝ aſcēſus nō cō= tinet ſpaciū vltra medietatem hoꝛe equalis ⁊ quintam vnius hoꝛe.13.diſt.quarti.q.2.ſ.N.

¶ Principiū eque ꝑfectū in vno ſuppoſito ſicut in duobꝰ: eque eſt principiū agēdi in vno:ſicut in duobus:qꝛ ad actionē nō vi= detur requiri:niſi principiū ꝑ= fectū quo ⁊ quod ſcilicet ſuppo ſitum agens perfectum.12.di. pꝛimi.q.vnica.R

¶ Principiū productiuū eiuſdē rōnis nō determinat ſe ad cer= tā pluralitatē ꝓductionū eiuſ= dem rationis. nec a ſuppoſito ꝓducēte pōt determinari:qꝛ in tot pꝛoductiones pōt ſuppoſitū ad quot ſe extēdit ꝓncipium ꝓ= ductiuum qꝺ eſt in ſuppoſito.ſi ergo nō eſt determinatio a pte ꝓncipij formalis ꝓductiui: nec etiā a parte ꝓducētis.2.q.q.R

¶ Principiū ſpē diſtinguēs vel eſt ꝑ ſe principiū illius in ſe ⁊ ꝑ ꝯñs dans ſibi aliquā entitatem realē q̄ ſit eius in ſe.vel ſaltē eſt ꝓncipiū eius ſm illud ſm qꝺ di ſtinguitur ſpeciē.vel ſi eſt ꝓnci= piū diſpoſitiue diſtinguēs opꝫ ꝙ per ſe diſponat ad hoc ꝙ ſm ordinē eſſentialem cauſarū hoc vt diſtinctū cauſet:nullū iſtoꝝ competit actui ꝑ habitum cha= ritatis.17.q.q.P

¶ Principalius agēs cōiter eſt equocū ⁊ eminētius hꝫ in ſe ꝑ= fectionē effectus ꝙ̄ cauſa vni= uoca ⁊ ideo nō magis aſſimila= tur ſibi formalr.qꝛ hoc eſſet im= perfectionis in cā ſic aſſimila= ri effectui ſed aſſimilat magis: hoc eſt dat magis formam effe=

etiui per quā sibi assimilat̄ equi
uoce ꝙ det agens particulare: ꝛ
ista assimilatio actiua est ex ꝑ
fectione cause: licet non sit ma-
gis assimilatio formal'r. sic cā
perfectior magis assimilat effe
ctū ei cui est assimilabilis ꝙ im
perfectior. magis em̄ causat ef-
fectū qualis est causabilior assi
milabilis. assimilabilis aūt est
effect⁹ formal'r cause appropin
que. iō ipsa cā remotior magis
assimilat effectiue ipm̄ effectuȝ
cause prime: ꝙ ipsamet cā pri
ma sibi. Qd̄ em̄ formal'r fili⁹ est
sitis p̄ri hoc magis ē a cā remo
ta assimilante filiū patri effecti
ue ꝙ ab ista cā ꝓpinqua: quia q̄
plus dat formam qua assimila
tur plus dat effectiue assimila-
tionem. 3. di. primi. q. 8. F

¶ Priuatiões distiguunt̄ sicut
habit⁹ nati essent distingui: pu
ta surditas ꝛ cecitas suo modo
differunt specie priuatiua sicut
auditus ꝛ visus specie positiua
et hec cecitas ꝛ illa numero pri
uatione sicut hic visus ꝛ ille dif
ferunt numero positiue. 18. q.
quoli. infra. Y

¶ Pri⁹ act⁹ volūtatis elicit⁹: q̄
est electio: ē actio bona: ꝙ act⁹
exterior imperat⁹ ab electione
bona sit bonus. 4. q. ꝓl. J. R

¶ Prius nā ꝙ aliqd̄ ꝓuidebat̄
circa pctōrem siue de pctō siue
de pena: deus ꝓelegit ad illā cu
riam celestē oēs quo voluit h̄re
angelos ꝛ hoīes in certis et de
terminatis gradib⁹: ꝛ null⁹ est
ꝓdestinatus tn̄: q: alius preui-
sus est casurus vt sic nullū opor
teat gaudere de lapsu alterius.
7. dist. tertij. q. 3. J. B

¶ Prius natural'r cōicat̄ nā di-
uina trib⁹ suppositis diuinis ꝙ
creatura possit immediate ꝓdu
ci. ꝛ iō in illo ꝑmo instāti i quo
creatura est imediate ꝓducibi-
lis: cāsitas illa vna est in tribus
ꝑsonis respectu creaturarū pro
ducendarū. Et h̄ est snīa Augu.
5. de tri. c. 14. ꝙ sicut p̄r et filius
ad. s. s. sunt vnum principiū. sic
oēs tres sunt vnum principiuȝ
creature ad ipsam ꝓducendam
1. di. secundi. q. 1. J. F

¶ Prius pōt esse rō repugnādi
alicui ne insint sibi qn̄ si inesset
posterius. sicut repugnat homi
ni esse rudibilē ꝛ illud quo for-
maliter hō est. homo est rō illi⁹
repugnantie ꝛ tn̄ rudibile si in-
esset esset posterius. homine si-
cut passio est posterior suo obie
cto. 9. q. q. P

¶ Pri⁹ pullulāt in essentia relo
nes originis ꝙ cōes ꝛ iste prio
pullulātes distiguūt ꝛ ꝯstituūt
ꝑsonas nō aūt ille cōes q: sunt
qsi aduētitie ꝑsonis sicut ponit̄
ꝙ spiratio actiua nullam perso
naȝ cōstituit q: intelligit̄ quasi
aduenire patri ꝛ filio iam cōsti
tutis inesse ꝑsonali. prima em̄
ibi pullulātia que pn̄t ꝑsonali-
ter distinguere distinguūt per-
sonaliter ꝛ cōstituunt. 31. di. pri
mi. q. vnica. J. X

¶ Pri⁹ ꝺm ꝯnāȝ nō semp ē pri⁹
ꝺȝ cāsalitatē. Exēplū sequit̄ ignis
igit̄ calidus. ꝛ nō ecōuerso. igit̄
calidū est prius ꝺm ꝯsequentiā
et tn̄ ignis est prius ꝺm causali
tatē ipso calore: ꝛ ita cōcedo: ꝙ
distinguere est prius in gn̄atio
ne ꝙ assimilare. i. cōmunius q:
multa distinguūt: q̄ non assimi
lant. sed distinguere nō est per-
fectius in generatione ꝙ assi-
milare: q: ꝯuēnit gn̄ationi etiā
imꝑfectissime inquantum est a

forma:vt hec. Assimilare ꝓ cō uenit sibi inquantum est a forma absolute:⁊ perfectior est rō forme ꝙ rō singularitatis.7.di stin.primi.q.vnica.§.R.

¶ Prioritas nature vl'r icludit in priori posse esse sine posterio ri sine ꝯtradictione ex.5.met.c. de priori.3.di.scdi.q.4.D

¶ Prioritas q̄ includit ea posse esse sine se inuicē absq̄ ꝯdictio ne non est ordo in causis vt cau sant effectū cōem ſ3 simul cāūt: sicut enim loquēdo de diuersis gñib⁹ causarū non pri⁹ natura materia materiat ꝙ efficiat:q̄si sine ꝯtradictiōe possit esse mate riatū ⁊ non effectū.vel ecōuerso ſ3 tm̄ pri⁹ nāᷓ hoc est perfectius vna cā causat ꝙ alia . ita in eo dē gñe cāe diuerse cāe ordinate l3 habeāt ordinē ꝭm pfecti⁹ ⁊ ī pfecti⁹ cāre:nō tñ hñt prioritatē nāe q̄ dicat posse eē sine se inui cem respectu tertij:imo sicut in vno instanti nāe materia mate riat ⁊ efficiēs efficit:ita due cāe efficiētes ordinate in vno instā ti nāe cāñt effectu3 cōem. ita ꝙ neutra tūc cāt sine altera.sed ꝙ effect⁹ nō rectus causet:hoc nō est tūc ꝑꝑ cām priorē:que quan tum est ex se recte cāret . si scða cāret: sed ꝑꝑ defectū cāe scðe q̄ in ꝑtāte sua h3 concausare cāe prime vel nō cōcausare:⁊ si non ꝯcausat illi:vt tenet:nō est recti tudo in effectu cōi ambarum. 37.dist.scði.q.vnica.V

¶ Primū pctm̄ nō fuit maximū sicut eñi in bonis ꝓcedit a ma gis bonis ad min⁹ bona.s.a di lectione finis ad dilectione3 eo rum que sunt ad finē:ita ecōtra in malis a minus malo ꝓcedit ad magis malum . iuxta illud Aug.14.de ciui.dei.c.vlt.amor sui vsq̄ ad contemptum dei.6. dist.secundi.q.2.T

¶ Probabile est ꝙ xp̄s act⁹ sin gulorū3 ordinum in seipso exer cuit:⁊ etiā ꝙ antiquit⁹ ꝑfigura bant in quibusdā gradib⁹ cor rñdētibus eis in lege mosayca sed ordines ab antiquo institu ti tunc qñ multiplicatus est nu mer⁹ fidelium collati sunt mini stris quos pri⁹ nō oportuit con ferri alicui:q2 nō fuit pri⁹ neces sariū ei⁹ ministeriu3. Hec est rō q̄re mō in ecclesia nō sunt in sin gulis ordinib⁹ determinati mi nistri:q2 et si mō est multiplica ta multitudo fideliu3:tñ est im mutata letitia deuotiōis. vnde multi semel vir in anno volunt cōicari:⁊ ideo circa eucharistia3 dispensandā nō op3 mō tot mi nistros assistere . Et ꝑpter hoc quatuor ordines nō sacri simul cōferuntur ita ꝙ nullus est de putatus ad ministrandū in gra du inferiori quasi ille sit sibi ꝓ prius:et alius alij.24.di. quar ti.q.vnica.§.R

¶ Productio rerū in eē cognito est alteri⁹ rōnis ab oi eē simpl'r et nō est re'onis tm̄:ſ3 ēt funda mēti absoluti:nō q̄dē ꝭm eē es sentie vel exñtie:qð est verū esse sed ꝭ3 eē diminutū:qð est eē eē ꝭm q̄d etiā entis absoluti.qð tñ ens absolutū ꝭm istud eē dimi nutu3 cōcomitat relatio rōnis. Exēplū huius si Cesar esset an nihilatus:⁊ tñ esset statua cesa ris:cesar esset representat⁹ per statuā.. illud esse representatu3 est alterius rōnis ab omni esse simpl'r siue essentie siue cxisten tie.nec est eē diminutū cesaris q̄si aliq̄d cesaris habeat hoc eē

⁊ aliqd nō sicut ethiops est diminute albus: q2 aliqd eius est vere albū ⁊ aliqd nō sed totius cesaris ⁊ eē eius a cā sua est verū eē existie ⁊ eētie cui⁹ totius ꝭm totale eē suū est istud eē ꝭm quid. et in ipso ꝭm istud esse ꝭm qd pōt eē aliqua relatio ad statuā et l3 posset poni calūnia in exēplo non tñ ita in ꝓposito de intellectione et obiecto qn obiectū totū ꝭm ēt totale eē suum diminutū eē habeat in intellectu: ⁊ si velis querere aliqd esse verū huius obiecti vt sic nullū est querere nisi ꝭm quid nisi dicaꝭ ꝙ istud eē ꝭm qd reducitur ad aliqd esse simpliciter qd est esse ipsius intellectionis: s3 istd esse simpliciter non est esse formaliter eius: qd dicitur esse ꝭm quid: sed est eius: terminatiue vel pricipiatiue: ita ꝙ ad istud verū esse illud esse ꝭm quid reducitur: ita ꝙ: sine isto vero esse istius nō esset illius esse ꝭm qd. ex hoc aūt apparet quoddā dictū superius di.3. de cognitione in regulis eternis v3 ꝙ motio intellectus nostri a quiditatibus intelligibilib⁹ reducitur ad ipsum intellectū diuinū: p cuius esse simplr ista obiecta hñt esse ꝭm qd. s. esse obiectiuum: ꝭm ꝙ esse mouēt intellectū nostrum ad cognoscendu3 veritates sinceras: et ꝓpter motionē earum dicit intelts ille mouere sicut ista habēt suū esse ꝭm qd ꝓpter simplr esse illius. 36. distin. primi. q. vnica. R

¶ Productio q2 est alicuius termini primi. i. adequati includētis aliquid in ratione formalis termini ipsius productionis et aliquid in ratione subsistentie in tali termino: iō ꝯdictio est respectu ꝓductiōis h separari. s. terminū formalē et rōne3 subsistētie inquātū. s. ꝓductione. hñt eē l3 absolute ꝓoritas eēt vni⁹ ad alterū ēt quātū ad separari sine cōtradictione considerādo ipsa absolute nō inquātū p productionē habēt eē: l3 ēt esset ibi prioritas ꝑfectionis: q̄ alterum eēt altero ꝑfecti⁹ q2 nā ꝑfectior est rōe subsistētie etiā in creaturis: et ex hoc sequiꝭ ꝙ nā est terminus formalis productionis: q2 nulla entitas simpliciter perfectior formali termino productionis pōt esse per ꝓductionē. 5. dist. primi. q. 2. R

¶ Productio nō includit formaliter essentiā diuinā. ꝑsona aūt includit formalr eam: q2 persona non est tantum proprietas siue relatio: sed hypostasis subsistens in natura diuina: sicut for. nō tm̄ includit ꝓprietatē indiuidualē: sed ēt naturā humana3: l3 enim primi termini sint eiusdē rōnis cū ꝓductionibus: quātū ad hoc: ꝙ primi termini includūt relones: ⁊ ꝓductiōes sint relones: nō tñ sunt eiusde3 rōnis quasi adequate: q2 primi termini nō tm̄ includūt relones l3 ēt absolutū: ⁊ tūc nō op3 eos tm̄ distingui: sicut ꝓductiones distinguunꝭ q2 que includunt aliqua distinctiua: nō op3 tantū distingui sicut illa vt dictum est. ꝭ. distin. 8. q2 ꝺꝯie sunt primo diuerse: non tñ includentia eas sunt primo diuersa. 13. dis. primi. q. vnica. I. R

¶ Promulgatio fcā de ꝯsilio diuino obligat ad nō ꝯtēnēdū q̄ ei cōsiliū cōtēnit: ꝯtēnit cōsulentē inquātū consulētē ⁊ ideo nolēs

seruare ꝯsiliū diuinū euangeliꝯ cū quasi ꝯtēnens illud tanq̄ irrōnabile ꝛ infructuosū peccat mortalr̄ vnde videāt mordētes pauptatem euāgelicā ne forte (cū nolint seruare qꝛ nō est necessariū) ꝯtennāt qꝛ tales ꝯtennentes vel paruipendētes ꝯtennūt xp̄m qui hanc suasit obseruari tanq̄ meritoriā et vtilē ad vitaȝ eternā vt habet̄ in.6. lib. de verb.sig. Promulgatio autē p modū precepti obligat nō solū ad nō ꝯtennendū sed etiā ad obseruandū si est affirmatiuuȝ vel cauēdū.si est negatiuū.3.di. quarti.q.4.E

¶ Proportio obiecti ad potentiā ē ꝓportio motiui ad mobile vel actiui ad passiuum ꝓportio subiecti ad habitū est sic ꝓportio cāe ad effectū. Quicūq̄ autē aliqđ agēs agit i aliqđ passiuū ꝑt qđlibet agēs einsdē rōis in qđlibet passium eiusdem rōnis agere ꝙ ꝑ͂a extrema ꝓportionis actiui ad passiuū sunt cōia ad oia ꝙ se extrema illi⁹ ꝓportionis nā inter illa cōissima est adequatio qꝛ in q̄cūq̄ est ratio vnius illud respicit qđlibet: in quo est rō alterius sed ꝑ͂ma extrema proportionis cāe ad effectum non sunt cōissima qꝛ inter illa nō est adequatio:non em̄ sequit̄: si commune pōt causare habitū:ꝙ speciale possit:ꝛ econuerso.non em̄ quodlibet cōtentum sub illo cōi respicit habitū illum:vt effectum eius:sed tantum aliquod primum obiectuȝ cōtentiuuȝ:qđ virtualr̄ cōtinet oia ad q̄ habitus se extendit.3. q.prol.D

¶ Proportio illa ꝑductiōis ad terminum formalē est:ꝙ ꝑ ip̄aȝ cōmunicat̄ terminus formalis sed non requirit̄ talis ꝓportio ꝙ ꝑductio sit vnius rōis:si terminus formalis sit vni⁹ rōnis qꝛ productiones possunt distingui per ratiōes suas formales aliter q̄ ex terminis formalib⁹ sicut ꝑ ex principijs formalib⁹. Exemplū huius est:qꝛ q̄cq̄ forma eadē pōt acquiri mutationibus alterius rōnis:sicut idē vbi per motum localem super magnitudinē rectam ꝛ circularē:q̄ motus ita sunt alteri⁹ rationis ꝙ non sunt comparabiles ꝑm p̄hm.7.phy ita esset si eadē sanitas posset iduci imediate ab arte ꝛ immediate natura.7. di. ꝑmi.q.vnica.I.R T.c.3.

¶ Propositio ista.s. ꝑdestinat⁹ pōt dānari distinguēda est ꝑm cōpositionē ꝛ diuisionē ꝛ in sensu cōpositionis per se extremū est homo vel ꝑsona ꝑdestinata sub ista determinatione ꝑdestinatū:ꝛ iste sensus falsus est. In sensu autē diuisionis sunt due cathegorice.ꝛ enunciatur de ꝑsona aliqua beatificabili i vna cathegorica eē predestinatū:ꝛ i alia posse dānari ꝛ ista duo sūt vera de eodem subiecto:nec ita vera ꝙ simul possint eē opposita nec etiā ꝙ vnum possit succedere alteri : qꝛ in eternitate est vtrūq̄:sed vera simul inq̄ātuȝ volitio diuina cōsiderat̄ vt ꝑor naturalr̄ trāsitu ipsius sup illū obiectū:qđ est gloria isti in illo priori nālr̄ nō repugnat sibi eē oppositi obiecti:immo posset eq̄liter eē oppositi licet non simul amboꝝ.40.di.ꝑmi.q.vnica.B

¶ Propositio seu ꝯcept⁹ est fundamētū respectu ꝟitatis q̄ ē relatio accidētalis qꝛ ꝑt iesse ꝛ nō inesse

Inesse: sicut pōt esse cōformis et difformis rei. sorte eñ sedēte vera est oratio q̄ dicit sortē sedere vt dr in pdicamētis. ergo prior est naturalr ↄcept⁹ eōnis vt in se talis ꝙ vt verus: adhuc etiā prior duratione est ipsa oratio: vt variabilis in fieri ꝙ cōcept⁹ eius causatus per eam eo modo quo tēpus dr esse prius suo vltimo instanti terminante. 8. dist. quarti. q. 2. J. U

¶ Propositiones nō dicūtur p se note: qr extrema hāt maiorē necessitatē in se: vel maiorē entitatē in re extra intellectū: sed qr extrema: vt sunt extrema talis ppositionis: ostēdūt euidenter cōplexionē esse cōformē rōnib⁹ terminoꝝ ꝛ habitudini eoꝝ: et hoc qualecūqꝫ esse termini habeāt siue in re siue in itellectu. euidētia eñ hui⁹ cōformitatis est euidētia veritatis in ppositione qđ est ppositionē esse p se notam. 2. dist. primi. q. 2. J. F

¶ Propria rō rerū ꝙtuꝫ ad gña vel quasi gña nō facit totū esse ens p accñs: sꝫ habitudo rei ad rem puta nō idētitas simplr. ꝛ sō in diuinis ꝙꝙ ppria rō relatiōis que manet ibi nō icludat formalr rōnē essentie: tñ vnū in re verissime est idē alij propter quā idētitatē non est habitudo realitatis ad realitatē qualis requirit eoꝝ q̄ ↄstituūt ens p accidēs. 26. dist. pmi. q. vnica. J. 3.

¶ Propria volūtas est cā cadēdi imoderate fruēdo aliquo bono creato. i. aliquo qđ est in potestate ipsi⁹ volūtatis. ita ꝙ ipa volūtas talis sicut ex se pōt frui ꝛ nō frui ita moderate pōt frui ꝛ nō frui aliq̄ bono sibi cōueniēte: ꝛ ita pōt illud pctm̄ pmū esse immediate ꝛ primo a sola volūtate. 37. dist. scdi. q. vnica. J. D'

¶ Proprietas nature diuine: est qđ sit cōicabilis trib⁹: sꝫ effect⁹ nō ostēdūt istā pprietatē: qr nō sunt ab ipso inquātum trinis: ꝛ si ab effectib⁹ arguat ad cām magis ducunt in oppositum et in errorē: qr in nullo effectu iuenitur vna natura numero: nisi in vno supposito. pprietas etiā istius nature ad extra est causare contingēter: ꝛ ad oppositum huius magis deducunt effect⁹ in errorē: sicut ptꝫ p opiniones philosophoꝝ ponētium primo necessario causare. De pprietatibus etiā aliarū substātiarum ptꝫ hoc idem: qr effectus magis ducūt in sempiternitatē: ꝛ eternitatē: ꝛ necessitatē eaꝝ: ꝙ incōtingētiā ꝛ nouitatē. sicr videnē phi ex motibus ↄcludere: ꝙ numerus istarū substātiarū separatarū sit sm numerū motuum celestiū. sicr ꝙ ille substātie sunt naturalr beate ꝛ impeccabiles: sicut phi posuerunt qui omnia absurdissima sunt. 1. q. plo. G

¶ Proprietates relatiue ifiniti entis ad creaturas: aut sunt pprietates causalitatis aut eminentie. Causalitatis duplicis: aut efficiētis aut finis qđ addit de cā exemplari: nō est aliud genus cause ab efficiente, qr tunc essent. 5. genera causaruꝫ: vnde causa exemplaris est quoddam efficiēs: qr agens p intellectum distinctū cōtra agens p naturā 2. dist. primi. q. 2. J. G

¶ Proprie loquēdo de prioritāte essentiali q. s. est rōne essentie vt distiguit ↄ entitatē hypostaticā sic vna est prioritas triū psonarū: sed extēdēdo prioritatē

essentialem ad prioritatē per se ⁊ hoc respectu cuiuscūq; entitatis siue quiditatiue siue hypostatice pōt entitas psonalis in diuinis dici prior essentialr: vel magis pprie p se prior quocūq; causato. Et isto scđo mō accipiendo prioritatē necesse est vt omē dependentiā terminās sit prius eo qđ depēdet. nō aūt primo mō accipiēdo prioritatē: nisi tm̄ qñ est dependentia causati ad causaȝ vel aliqua sīlis depēdētia: puta causati posterioris ad causatū prius. vel causevniꝰ ad aliaȝ causam: vel mensurati ad mensurā. 19. q. q. 3.

¶ Prope bōa fortuna vr ee illorum q̄ sunt in ptāte nr̄a. sicut ⁊ absolute fortuna. ⁊ hoc sic intelligēdo q ꝫ fortuitū non sit p se siue primo in ptāte voluntatis: qꝛ nō euenit ex intentiōe eius. tn̄ est in ptāte eius p accidēs. ⁊ quasi scđario vt annexū per se intento respectu aūt illoꝝ que nec sic nec sic sunt in nostra ptāte: ⁊ p ꝯñs accidūt nobis nō inquantū agentibꝰ a pposito nō est pprie fortuna ꝫ casus sicut pꝫ. 2. physi. 21. q. q. E.

¶ Propriū suppm̄ nature dr̄ tale fm̄ illam nō pp dependētiaȝ ꝫ magis pp per se identitatem: ꝫ ad suppositū non ppriū non pōt esse p se idētitas ꝫ illud qđ pōt ibi esse quasi supplēs vicem idētitatis est pfecta depēdentia nature ⁊ perfecta sustentatio ex parte suppositi siue terminatio depēdentie. tale aūt suppositū qꝛ est p se suppositū alteriꝰ nature. ⁊ istius nature depēdētis nō est p se suppositū: ⁊ per se est prius eo qđ nō est per se: sequit̄ q prius habeat naturā ppriaȝ q̄ istam dependentē que ē sibi tanq̄ natura adnētitia vel natura scđa. 19. q. q. J. Cc.

¶ Pro quāto ē i ecclīa. duplex forꝰ. s. publicus ⁊ puatus p tanto ē duplex iudiciū: ⁊ quātū ad aliquas regulas iustitie opꝫ eē cōueniētiā hic ⁊ ibi. sicut vtraq; diffinitio hic ⁊ ibi est actus iustitie. Et p tāto pōt sacrm penitētie dici sacrm iudiciale vel iudiciū sacrale. Et ex hoc q sacrale est firmius qꝛ rōnabilius q̄ aliqđ iudiciū publicum. Et ex hoc pꝫ rō quare non ē necesse esse ita pcisa vba in isto sacro sicut in baptismo vel eucharistia. qꝛ sufficit q exprimat̄ actus sentētie absoluētis sicut ⁊ in iudicio publico nō opꝫ esse limitata vba. 14. dist. quarti. q. 4. B.

¶ Proxima ratio cōstituēdi speciē cuiusmodi ē differētia vltia est prima ratio recipiendi propriam passionē. non em̄ recipit homo risibilitateȝ rōne animalis sed rōne qua rationalis. 25. dist. scđi. q. vnica. 3.

¶ Pro tāto virtutes dicūt̄ eē informes sine charitate. ⁊ formate per charitatem p quāto charitas ordinat ipsas ⁊ eoꝝ fines in finē vltimū: in qua ordinatione est vltima caꝝ pfectio: ꝫ extrinseca. 36. di. tertij. q. vnica. O.

¶ Pro tēpore vero legis euāgelice cultꝰ ille exhibendus deo in sanctificatione sabbati determinatur exhibēdus die dn̄ico: ⁊ etiā determinatur quantū ad actuȝ illum fm̄ quē dꝫ exhiberi: puta in oblatione illius summi sacrificij. s. eucharistie q̄ debꝫ sacerdos offerre pro se ⁊ pro pp̄lo: et in illa oblatione populus etiaȝ offert spiritualr. s. qui tenet̄ au-

dire missam totā die dñico. Fm illud de 9se.dis.j.missas.⁊ si aliqua necessitas excuset ab execu tione hui⁹ act⁹ quē determinauit ecclesia: necesse est iplere illū in aliquo equiualēte: vt saltē die illo spāliter deputato cultui diuino aliquis actus habeatur relat⁹ immediate in deū ad ei⁹ reuerētiā. vtrū autē aliquo alio tpe teneat quis ad actū huius pcepti.s.ad actum adorationis preterq̄ in tempore illo determinato primo in lege nature: ⁊ postea in lege mosayca in: sabbato: ⁊iam in tempore euāgelij in die dominico: dubium est. tñ hoc est certum q̄ istis dieb⁹ saltem videtur adoratio aliqua necessario exhibenda. 9. dist. tertij q. vnica. ſ. ℭ

Quadrupl'r pōt angelus itelligere. a. pter. visionem ipsi⁹ in verbo. vꝫ. intuitiue in se. ituitiue in intell'u alteri⁹ angeli cognoscētis illud. ⁊ abstractiue p spēm. habitualē. 9creatā vel acq̄sitā: ⁊ nulla istaruꝫ intellectio nū est auditio. q: nulla ē p se expressa ab intelligēte inquātū intelligēs est imo accidit q̄ obiūmonēs sit intelligens: eque eñ moueret si nō esset intelligēs et in oibus istis si aliquis intell's causet: est intell's ipsius intelligētis nō alteri⁹: ⁊ ipm obiectuꝫ 9currit ibi cū intell'u vt causa p tialis sicut fuit dictuꝫ di. tertia primi li. Quarto mō pōt iste cognoscere. a. ita q̄ intellectio fiat in eo p intell'm aliū exprimētē ⁊ intell's istius nullā habeat cā litatē respectu act⁹: sꝫ tñ sit passiu⁹. Ista autē sola cognitio est auditio. ⁊ est expressa ab intelligente inquantū intelligēs est. Ptꝫ ergo differētia auditionis ab illa triplici cognitione. q̄ cōiter pōt dici visio q: in auditiōe intell's audiētis tñ est passiu⁹: et quicquid est in eo: ita q̄ si hꝫ spēm habitualeꝫ ipsius auditi illa species etiā non agit ad auditionē. quicquid etiā est sibi p̄sens vt est sibi p̄sens: nihil agit ad eam. nā si intuitiue esset idē singulare sibi presens quod est presens loquenti illud vt p̄sens sibi non gigneret in eo auditionem: sed soluꝫ gigneret in eo visionē solūmodo ergo intell's loquentis vel q̄ sunt in ipso. vt in ipso vel pñtia sibi vt sibi: sunt actiua respectu auditiōis: ⁊ hoc non vt proximi effectus: nā pri⁹ causant ista presentia loquenti intellectionem actualem in loquente q̄ causent illā auditionē in audiente. 9. di. scdi. q. 2. F.

ℭ Qualitas actiua aliqua i sba erñs nō pōt esse p se principiuꝫ actiuū respectu alicui⁹ q̄litatis repugnātis substātie corrūpēde: sed tñ pōt esse pncipiuꝫ cāndi qualitatem in tali gradu ad quē sequatur corruptio substātie hñtis illam qualitatem: sed ibi sequet istū gradū qualitatis corruptio substantie: hmōi aūt nō: quia ibi: est quoddam agēs coniunctum isti accidēti: quod potest corrumpere subaꝫ hanc ⁊ aliam generare. hic non. 12. dist. quarti. q. 3. R

ℭ Qualitas corrūpit in nihil sꝫ in qualitatem aliam cōtrariaꝫ vel alterius gradus in eadem specie: nec sequitur q̄ agēs naturale faciat accidēs sine subo quia qualitas noua habet ideꝫ subiectum quod et prior qualis

tas habuit vl' saltē quātū est de se hr̄e posset si aūt loquaris de corruptiōe quātitatis cui nō pt̄ assignari aliqḋ aliḋ ꝑus subiectum illa nō corrūpit̄ actiōe naturalis agētis sine subiecto vel ꝑexistēte. de quo dictum est in q. precedēti vl' de nouo creato. de quo dicetur in.q.sequēti. 12. dist.quarti.q.5.§.C.

¶Qualitas vtpote sapiētia magis cōuenit cū ꝑfectiōe simpliciter.⁊ similiter intelligere⁊velle ꝙ aliqua ꝙtitas vel' q: vna est rō formalis sapiētie diuine ⁊ sapientie create q̄ est qualitas ꝫ vnā opinionē tactam primo li.
q.4. dist.8. vel si nō saltē ꝙtum ad oēm ꝓpinqtatē in analogia maior est ꝓpinquitas sapiētie create ad sapientiā diuinā ꝙ alicuius quātitatis ad deū vel aliqd eius. vn̄ sicut possibile est ꝑfectionē simpliciter esse in creatura.s. cum limitatiōe qualitas q̄ est sapiētia est ꝑfectio simpliciter habētis eā: nulla aūt quātitas est ꝑfectio simpliciter.nec ēt sicut possibile est creaturaꝫ habere ꝑfectioneꝫ simplr. 12.dist. quarti.q.2.§.D.

¶Qualiscunq̄ sit causalitas fidei infuse respectu act⁹ credēdi tñ nō facit actū illū esse certiorē intellectui habēti actū ꝙ si ipa fides infusa nō causaret certitudo eī nata est inesse intellectui de actu suo excludēs non tm̄ deceptionē s; ēt dubitationē⁊ hoc nō est nisi itellectus ꝑcipiat illḋ a quo actus ej h; ꝙ sit certus q: si nihil pōt ꝑcipere vnde sit certus. videtur ꝙ possit dubitare intellectus autem non percipit illud principium certificās.17. q.q.§.D.

¶Quāuis absētia nō sit informis rō in obiecto fidei vel spei tñ actus fidei⁊ spei est talis ꝑ se ꝙ necessario ꝯcomitat̄ ipm̄ iꝑfectio ⁊ iō fides determiate iclinat ad actū talis spei ad quē nō pt̄ esse determinatio in patria.charitas autē⁊ si nunc sit determinata ad actū circa illḋ ꝙ latet ⁊ ꝑ consequēs circa imperfectuꝫ. non tamen inclinat ad actum sic imperfectum sed ad actū cui accidit imperfectio.31. disti.tertij.q.vnica.§.G.

¶Quāuis aliq̄ aq̄ artificialis vīdeat̄ subtilior ꝙ elemētaris q: magis penetratiua ista tñ subtilitas nō est subtilitas simplicitatis s; virtutis actiue⁊ hoc mō vinū est subtile vl' subtili⁹ aqua subtilitas autē ꝯueniens aque elemētari est subtilitas simplicitatis eo modo quo elementū est simplicius mixto.3. distinc. quarti.q.3.G.

¶Quāuis aliq̄ rō possit exꝑmere q̄cquid ꝯuenit ad entitatē in diuidui:nō tñ illa rō erit ꝑfecta diffinitio q: non exꝑmit ꝙ quid erat esse et ꝑm ꝑhm ꝑrio thopi.
Diffinitio est exprimēs ⁊c. et iō cōcede ꝙ singulare nō est diffinibile diffinitiōe alia a diffōne spēi ⁊ tñ est ꝑ se ens addens aliquā entitatē entitati speciei sed illa ꝑ se entitas quā addit non est entitas quidditatiua.3.dis.secundi.q.6.§.D. c.4.

¶Quāuis aliq̄s haberet hic eq̄lem charitatē sicut in patria nō ꝓpter hoc esset hic beatus: q: nō posset habere aqualē actum sicut tūc habebit ⁊ i actu ꝯsistit btiudo. nec sequit̄ si habit⁹ est eque ꝑfectus hic ⁊ ibi igr̄ ⁊ act⁹ similiter q: act⁹ diligēdi deū de

pēdet sic a cā ptiali nō solū a voluntate & charitate: sꝫ ēt ab obiecto presente ꝑ actualē intellectione sicut dictū est dist.25.secundi & hoc ꝓm determinatā ꝑfectionē ꝓm ꝙ est determinate presens. si magis: magis. si minus minus in via de cōi lege nō pōt esse obiectū presens sicut in patria ēt ꝑntia speciei eiusdem. Nec ex hoc sequit ꝙ actus non possit esse ita pfectus & si habit⁹ sit eq̄lis q2 habitus nō erit tota le ꝑncipiū illi⁹ actus sꝫ ptiale & eo mō quo ipse habit⁹ est ꝑncipiū semp equalr se hꝫ ad actū semp em̄ quātū est ex se dat actui suo ꝙ sit q̄ddā amare dei in quātū est summū bonū. nec habitus dat sibi ꝙ sit dei vt p̄sens vel absens. nec dat sibi pfectionem quā hꝫ ex obiecto sic vel sic p̄sente: 31. dist. tertij. q. vnica. G

¶ Quāuis aliq̄d nō sit idē formalr alicui tñ stat ꝙ sit & simplr sit idē sibi: imo hoc ē necessariū ꝓpter pfectā simplicitatē diuinā q̄ sequit ex pfecta infinitate illius essentie ꝓpter quā simplicitatē & īfinitatē nō pt illa essentia cē in aliquo cū aliqua realitate in eodē: nisi illa realitas sit pfecte eadē sibi & istud dictū est cōfirmatū ꝑ cōmune dictū antiquoꝝ. q̄ cōcesserūt multas p̄dicationes esse veras in diuinis ꝑ idētitatē nō formaliter. qđ nō videt intelligibile nisi ꝑ hoc ꝙ predicatū erat vere idē cū subiecto & ex hoc erat ꝓpositio affirmatiua vera ꝑ idētitatē & tñ p̄dicatum nō erat idem formaliter cū subiecto & ꝓpter hoc nō erat ibi predicatio formalis. Et q̄ sit distinctio identitatis formalis ab idētitate simplr tactū est di. 8. q. de attributis & alias frequēter: et ideo nūc transeo. 34. dist. primi. q. vnica.

¶ Quāuis cognitio relatiui requirat cognitionē correlatiui: nō tñ opꝫ cognoscētē et fruentē vno relatiuo cognoscere et frui suo correlatiuo. q2 possibile est frui deo inquātum creator non fruēdo creatura qua terminat illā relationē. 1. di. pmi. q. 2. I. B

¶ Quāuis xp̄i passio et meritū ipsius totū sit formalr finitū: q2 tñ cōiunxit ꝑ gratiam et gloriā obiecto īfinito: ideo potuit delere peccati reatū siue peccatum auertēs a bono infinito. 19. di. tertij. q. vnica. I. F

¶ Quāuis cōiter prius illuminent angeli q̄ hoīes de fiēdis. hoc tñ nō est necessariū. sed pōt deus aliter ordiare vt prius reuelet aliq̄d hominib⁹ ꝑ infusionem fidei & credēdoꝝ reuelationē q̄ angelis. iō nō valet ꝑntia. angeli nō cognouerūt incarnationē ante xp̄i aduentū. igit nec hoīes crediderūt eā. et qđ dicis ꝙ angel⁹ est ꝑspicatioris intellectus: nihil est ad propositū: q2 ꝓcedit de cognitiis naturalr. tñ angelus q̄ annūciauit eam nouit ipsam anteq̄ esset completa. 25. dist. tertij. q. 1. K

¶ Quāuis xp̄s inquātū de⁹ sit aliq̄d & inquātū homo sit aliqd: non tñ sequit ꝙ inquātū homo sit idē aliq̄d qđ est de⁹ nec aliud aliq̄d q2 ꝓprie accipiēdo inquātum vt. s. notat illud qđ sequit eē rōnem inherētie p̄dicati est fallacia cōseqnētis arguēdo ab inherētia predicati superioris ad inherētiā p̄dicati īferioris cū inquantū vnde nō opꝫ illud qđ est ratio inherentie superioris

esse ratione inherentie inferioris: nunc aut esse ide aliquid qd est homo: est inferius ad esse alidd dictu de verbo et similiter ee ide alidd qd est deus est inferius ad esse aliquid dictu de homine et ideo lz inquatu homo sit aliquid: no tn sequit. ergo inquatum homo est ide aliquid quod est deus. Similiter ex alia parte: licet inquatum deus sit aliquid: no tn inquatum deus est ide aliquid: quod est homo. 6. distin. tertij. q. 2. B

¶ Quauis de⁹ coicauerit angelo species quiditatu non opz tn dicere, quod coicauerit species oim singulariu itelligibiliu ab angelo: no em est verisimile qd possibile esset alidd singulare fieri cuius no posset angel⁹ habere distinctam notitia et tn si mudus duraret in infinitu sicut est possibile durare essent infinita singularia. quorum qdlibet posset angelus distincte cognoscere: et tn no heret simul infinitas spes cocreatas ergo posset spem alicuius de nouo acquirere. Dato et qz ta spes singulariu qz qditatum comunicauerit de⁹ intellectui angeli. adhuc tn p illas no pot hre oem cognitione ibi possibile: qz no intuitiua ista enim no pot hri p spem obiecti q manere potest obiecto absente hoc aut est contra rone cognitionis intuitiue qd sit de re no actualr existete et pntialr et io falsuz est: qd nihil pot angelus cognoscere nisi p spem innata. et dato qz esset vera adhuc posset esse locutio angeli de coplexis: quoru in complexoru hz species innatas qz iste spes non essent sufficientes cause cognoscedi coplexionem vnionis otingetis de ipsis extremis: qz talis cotinges non cognoscit esse vera ex terminis. 9. dist. secundi. q. 2. J. M

¶ Quauis eentia diuia sit indeterminata no tn ideterminatione q est cu poteialitate quada ad odictoria q est impfectionis et isto mo materia est ideterminata ad formas et genus ad spes. et de ista veru est qz no sufficit ad determiata cognitione. Sz alia est indeterminatio et illimitatio actiua et actualitatis et talis est sufficies ro et causandi et cognoscedi: sic eentia diuina est ideterminata pter illimitatione sue pfectiois illo aut ideterminatu qd pter sua illimitatione e pfecti⁹ qz determinatu determinatione opposita bene pot esse ro determiate cognitiois sicut esset vnius tm sic aute essentia diuina se habet ad oia cognoscibilia. 50. dist. quarti. q. 3. F

¶ Quauis finis sit oditio pncipalior ptines ad bonitate act⁹ no tn est sufficies simplr loquedo etia de bonitate meriti q addit sup bonitate morale illa est pncipalr ex fine: qz supposita coplete bonitate morali supadditur bonitas meritoria ex relatione debita istius act⁹ in fine: que relatio debita fit inquatu elicit a charitate et quo ad hoc pnt auctoritates de fine exponi qz s. bonitas meritoria est ex fine. 40. di. secundi. q. vnica. J. B

¶ Quauis gratificare. i. gratu reddere significet actiue no tn est agere sicut nec albedine facere parietem album est agere: sed in formare pariete. 26. dist. secundi. q. vnica. J. B

¶ Quauis habit⁹ psupposit⁹ sit

a cā supnaturali immediate:tñ iste positus in esse est cā naturalis:respectus sui actus ꝛ iō act⁹ q̄ producit̄ p talē habitū nō est ꝓprie supnaturalis ita enī nāl'r potest se hr̄e ad actū suum forma q̄ supnaturalr̄ ꝓducit̄ sicut se hꝫ ad actū suū forma q̄ est mere naturalis ita ꝙ dr̄ia in ꝓductione formaꝝ nō causat nec cōcludit distinctionē earum in cōparatione ad suos effectus.17. dist.pzimi.q.2.j.Pp

¶Quare aliq̄ entitas originatur in eēntia cōicabili:ꝛ aliqua incōicabilis huius nō est rō formalis alia nisi qꝛ hec entitas ē hec ꝛ illa entitas est illa ꝛ hec entitas qꝛ hec est cōicabilis et illa qꝛ illa est icōicabilis ita ꝙ ista origiari nō posset nisi icōicabilis formalr̄ orirer̄ nec illa nisi formalr̄.cōmunicabilis orirer̄.Ratio aūt isti⁹ extrinseca q̄si fundamētalis vl' origialis est qꝛ essentia est radicalr̄ isinita ex qua oriri possunt intrinsece nō tm̄ pfectōes simpl'r ꝛ cōicabiles sꝫ et̄ ꝓprietates psonales icōicabiles q̄libet tn̄ qn̄ originat̄ originat̄ in summa determiatiōe sibi possibili.26. disti.pzimi.q. vnica.j.E

¶Quāuis idē absolutū qḋ est potētia sit i p̄re ꝛ filio nō tn̄ sub rōne potētie q̄tū ad actū notionalē est in vtroqꝫ qꝛ non est sub rōne prioris ad illū actū ꝛ potētia siue pncipiū reqrit ordinem prioritatis ad terminū.20.dist. pzimi.q.vnica.j.F

¶Quāuis idētitas eiusdē suppositi ad se in creaturis sit reł'o rōnis tm̄ q̄tū ad fundamētum tn̄ nūqꝫ est vera ꝛ pfecta identitas nisi in deo tm̄ nā sortis ad se non est pfecta idētitas: qꝛ rōnis tn̄ ꝛita omnis talis est ens ẜm q̄d nec sortis ad platonē est pfecta idētitas qꝛ nō fundat̄ in pfecta vnitate hic aūt p̄ris ad filiū idētitas est pfecta q̄tuꝫ ad fundamētū qꝛ patris ad filium est pfecta vnitas ꝛ pfecta realis idētitas qꝛ realis distictio est ꝛ sufficiens extremorꝫ.31.dist. pzimi.q.vnica.j.E

¶Quāuis illumiatiōes sint ordinate nō tn̄ ẜm ordinē nāꝝ sꝫ gratiaꝝ ꝛ iō p̄mo huic aīe xp̄i ꝛ ab hac illuminātur angeli.14. dist. tertij.q.2.P

¶Quāuis in xp̄o sint due volūtates nō tn̄ duo volētes:qꝛ concretū nō numerat̄ absqꝫ numeratione suppositi: sicut ptꝫ de hn̄te duas scientias q̄ non dicit̄ duo scientes ita in proposito si sint plura esse quorum vtrunqꝫ erit esse simpl'r suppositi:non sequitur suppositū esse duo entia 6.dist.tertij.q.1.E

